AUGUSTINUS. PS. CLEMENS I. PAPA. HENRICUS DE HASSIA. THOMAS HALENSIS. AUGUSTINUS. PROSPER AQUITANUS. MARTINUS DE LEIBITZ. LEGENDAE SANCTORUM

Melk (?), 1461-1469 Seite 158r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40036
Copyright: Melk, Benediktinerstift

sicut fere quodlibet bonum uere esset
que definite interponebam certa ti
one concludere in omnibus deum esse
laudandum sine ulla necessitate
credendi duas sicut illi volunt
aeternas boni et mali principia
esse subsistere Demum in primo re
tractationum libro quod opus meum
nondum legisti nam ad eos de libros
retractandos uenissem hic est de
libero arbitrio. ita locutus sum
In hiis inquam libris ita mixta di
serta sunt. ut maledicentes nonnulle
questiones quas uel euadere
non potuimus. uel longam sermocina
tionem requirebant in presenti
ita differerent. ut ex utraque par
te uel ex omnibus enumerandae que
stionum partibus in aliquibus non appa
rebat quid poenam congruere
ueritati. ad hoc tamen ratiocina
tio nostra concludere. ut quod
libet eorum uerum esset laudandum
credere uel etiam ostendere de spiritu
eos quippe disputatio illa suscepta
est. qui negant ex libero
uoluntatis arbitrio mali ori
ginem dari. et deum si ita est crea
torem omnium creaturarum culpandum
esse contendunt eo modo volentes
secundum suae impietatis errorem ma
chinari eum sibi immutabilem quan
dam et deo coeternam introducere
naturam mali Item post aliquan
tum alio loco. denique dictum est
inquam ex qua miseria peccatum
iustissime inflicta liberat deus
gratia Quia sponte homo id est
libero arbitrio cadere potuit non etiam
surgere. ad quam miseriam iuste dam
natione primet ignorantia et di
ficultas. quam patiatur omnis homo
ab exordio nativitatis suae. nec
ab isto malo quisquam nisi dei gratia
liberatur Quam miseriam pelagiani
noluerunt ex iusta damnatione de
scendere negantes originale pec
catum. quamque ignorantiam et difi
cultatem etiam si essent homines
primordia naturalia. non sic cul
pandus sed laudandus deus esset.
sicuti in eodem libro tertio disputa
tum est Ne disputatio contra
manichaeos habenda est. qui non
accipiunt scripturas sanctas uetus
instrumenti in quibus primum originale
narratur. et quicquid inde litte
ris apostolicis legitur detestabili
imprudentia immissum miserum
fuisse contendunt a corruptoribus
scripturarum. tamquam non fuerint ab apo
stolis dictum Contra pelagianos
autem hoc defendendum est quod utique
scriptura commendat. quam se ac
cipere profitentur Haec dixi in
primo libro retractationum. cum
retractarem libros de libero ar
bitrio Haec sola [illegible] ista ibi a me
dicta sunt de hiis libris. uerum et
alia multa quae hinc ad vos opi
mirere longum putaui et non
necessarium. quod et vos existimo
esse iudicatos cum omnia legeritis
Quamquam et in libro tertio de li
bero arbitrio ita de primulis di
sputauerim. ut etiam si uerum esset